Ζ'. Ὁ τῆς ἀκηδίας δαίμων, ὃς καὶ μεσημβρινὸς καλεῖται, πάντων τῶν δαιμόνων ἐστὶ βαρύτερος· καὶ ἐρίσταται μὲν τῷ μοναχῷ περὶ ὥραν τετάρτην, κυκλιῶ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μέχρις ὥρας ὀγδόης. Καὶ πρῶτον μὲν τὸν ἥλιον καθορᾶσθαι ποιεῖ δυσκίνητον ἢ ἀκίνητον, πεντήκοντάωρον τὴν ἡμέραν δεικνύς. Ἐπειτα δὲ συνεχῶς ἀφορᾶν πρὸς τὰς θυρίδας, καὶ τῆς κέλλης ἐκπηδᾶν ἐκβιάζεται, τῷ τε ἡλίῳ ἐνατενίζειν, πόσον τῆς ἐννάτης ἀφέστηκε, καὶ περιβλέπεσθαι τῆδε κάκεισε, μὴ τις τῶν ἀδελφῶν. . . Ἐτι δὲ μῖσος πρὸς τὸν τόπον (63), ἐκβάλλει καὶ πρὸς τὸν βίον αὐτόν (64), καὶ πρὸς τὸ ἔργον τὸ τῶν χειρῶν· καὶ ὅτι ἐκλέλοιπε παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ ἀγάπη, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ παρακαλῶν. Εἰ δὲ καὶ τις κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας εἴη λυπήσας τὸν μοναχόν, καὶ τοῦτο εἰς αὐξήσιν τοῦ μίσους ὁ δαίμων προστίθεισιν. Ἄγει δὲ αὐτόν καὶ εἰς ἐπιθυμίαν τόπων ἐτέρων, ἐν οἷς βῆδῶς τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν ἔστιν εὐρεῖν, καὶ τέχνην μετελθεῖν εὐκοπωτέραν μᾶλλον καὶ προχωροῦσαν. Καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ τὸ εὐαρεστεῖν (65) τῷ Κυρίῳ προστίθεισιν. Πανταχῆ γὰρ, φησὶ, τὸ θεῖον προσκνητόν. Συνάπτει δὲ τοῦτοις καὶ μνήμην τῶν οικειῶν καὶ τῆς προτέρας διαγωγῆς· χρόνον τῆς ζωῆς ὑπογράφει μακρὸν, τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους φέρων πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ πᾶσαν, τὸ δὴ λεγόμενον, κινεῖ μηχανήν, ἵνα καταλειποῦς ὁ μοναχὸς τὴν κέλλαν, φύγη τὸ στάδιον. Τοῦτω δὲ τῷ δαίμονι ἄλλος μὲν εὐθὺς δαίμων οὐκ ἔπεται· ἐρημικὴ (66) δὲ τις κατάστασις, καὶ χαρὰ ἀνεκλάλητος μετὰ τὸν ἀγῶνα τὴν ψυχὴν διαδέχεται.

Verum solitarius quidam status, atque omnem sermonis facultatem excedens lætitia post certamen animam excipit.

Η'. Ὁ τῆς κενοδοξίας λογισμὸς, λεπτότατός τις ἐστὶ, καὶ παρυφίσταται τοῖς κατορθοῦσι βῆδῶς, δημοσιεύειν αὐτῶν τοὺς ἀγῶνας βουλόμενος, καὶ τὰς παρὰ (67) τῶν ἀνθρώπων δόξας θηρώμενος, δαίμονας τε κράζοντας ἀναπλάττων, καὶ θεραπευόμενα γύναια, καὶ ὄχλον τινὰ τῶν ἱματιῶν ἐφαπτόμενον· μαντεύεται δὲ αὐτῷ καὶ ἱεροσύνην λοιπὴν, καὶ τοὺς ζητοῦντας αὐτόν ταῖς θύραις ἐπίστησι· καὶ ὃς εἰ μὴ (68) βούλοιο, δέσμιος ἀπαχθήσεται καὶ οὕτως αὐτόν

(63) Αἱ. τρόπον.

(64) Αἱ. αὐτοῦ.

(65) Αἱ. εὐάρστον.

existant, nec deinceps, ob præsentis vitæ institutum, existere queant. Sic misera anima, quo magis in priores cogitationes diffusa est, hoc etiam magis in secundis contrahitur ac deficitur.

VI. Iracundia acutissimus affectus est. Siquidem indignationis fervor et concitatio est adversus eum qui læsit, aut læsisse videtur. Hæc porro cum alias semper animam in rabiem agit, tum præsertim inter precandum mentem abripit, nimirum ejus qui læsit personam velut sub oculis collocans. Interdum etiam, eum inveteravit atque in iram mutata est, noctu tumultus ciet, corporisque tabem et pallorem ac ferarum incursiones. Hæc autem quatuor quæ post iram contingunt, quam plurimas cogitationes comitari quispiam reperiat.

VII. Desidiæ dæmon qui etiam meridianus vocatur, dæmonium omnium gravissimum est, ac monachum sub horam quartam aggreditur; animam autem ipsam ad horam usque octavam obsidet. Ac primum quidem id facit, ut sol torpidus aut etiam omnis prorsus motus expers esse, ac dies ipse quinquaginta horis constare videatur. Deinde, ut perpetuo ad fenestras monachus prospectet: quin eum quoque ex cella exire cogit, atque oculos in solem defigere, ac perpendere quantum ab hora nona distet, ac denique huc atque illuc circumspicere, num quis fratrum adsit. Quin etiam loci, atque adeo ipsius quoque vitæ, operisque manuum odium ipsi injicit; ac præterea eum huc adducit, ut charitatem apud fratres defecisse credat, nec quemquam esse cuius consolatione sublevetur. Quod si quis etiam eum per hos dies molestia quadam affecerit, odii incrementum dæmon adjicit. Atque insuper eum ad aliorum locorum cupiditatem impellit, in quibus et quæ opus sunt facile nancisci, et faciliorem artem, quæque ipsi felicius succedat, consecrari queat. Illud etiam adjungit, ad hoc ut Deo quis placeat, nihil interesse quo loco degat; passim enim divinum numen adorari posse. Cum his autem propinquorum quoque ac prioris vitæ generis memoriam conjungit. Tempus item vitæ longum informat, Deo sacratæ vitæ labores ante oculos ipsi collocans. Ac denique omnem, ut dici solet, machinam movet, quo monachus, cella relicta, stadium fugiat. Hunc autem dæmonem alius statim dæmon minime sequitur.

VIII. Inanis gloriæ cogitatio subtilissima est, atque in eorum animis facile nascitur, qui recte et ex virtute vivunt: eorum certamina pervulgare studens, atque humanam gloriam aucupans, clamantesque dæmones, ac mulierculas morbis liberatas effringens, ac denique quemdam qui vestem contingat. Quin sacerdotium quoque deinceps auguratur, atque homines a quibus quærat, ad fores collocat: quodque nisi sponte cedat, vincetus abducentur.

(66) Αἱ. εἰρηνική.

(67) Ἠρός.

(68) Καὶ ὡσεὶ μὴ.

Acidia

Atque eo ad hunc modum inani spe in altum sub-
lato, discedit, vel superbiæ vel tristitiæ dæmoni ten-
tandum jam eum relinquens; qui quidem ipsi cogi-
tationes ipsius spei adversantes objicit: interdum
etiam eum qui paulo ante venerandus ac sanctus
sacerdos erat libidinis dæmoni exagitandum tradit.

IX. Superbiæ dæmon acerbissimum animæ lapsum
accersit. Ipsam enim adducit, ut Deum adjutorem
minime confiteatur; verum sibi ipsi, quæ recte ac
clare gerit, scribat, atque adversus fratres ut ve-
cordes ac stolidos inlumescat: quod videlicet idem
de se non omnes existiment. Hanc autem sequitur
ira, mæror ac, quod postremum malum est, men-
tis alienatio, et furor, atque copiosa dæmonum
multitudo, quæ in aere conspicitur.

Quinque sunt opera, quorum adjumento Dei be-
nevolentia conciliatur. Primum, pura oratio; se-
cundum, psalmorum decantatio; tertium, divinatorum
spiritus oraculorum lectio; quartum, peccatorum
et mortis ac magni judicii cum animi dolore recor-
datio; quintum, manuum labor.

Si in corpore tanquam corporis expers Deo in-
servire cupis, cura ut sine ulla intermissione preca-
tionem occulte in pectore tuo habeas. Sic enim
anima tua ante mortem ad angelorum similitudi-
nem accedit.

Quemadmodum corpus hoc nostrum anima remota
mortuum ac fetidum est: sic etiam anima quæ ad
precaionem torpet mortua et misera ac fetida est.
Quod autem quavis etiam morte acerbius existiman-
dum sit oratione privari, præclare nos docet pro-
pheta Daniel: quippe qui prius dixerit mori, quam
vel horæ momento precaione orbari. Dei crebrius
recordari, quam spiritum ducere oportet.

Ad omnem anhelitum animi vigilantiam et nomen
Jesu, et mortis meditationem atque humilitatem
adjuuge. Ingentem enim ambæ utilitatem afferre
consequerunt.

Fac sermonem de Deo frequentius quam cibos
repetas. Da operam ut crebrius Deum in mente ha-
beas, quam spiritum ducas.

Deus mente comprehendi non potest. Nam si in
comprehensionem cadit, Deus certe non est.

Vis a Deo cognosci? Fac hominibus quam ma-
xime sis ignotus. Si illud semper memineris, rerum
earum omnium, quas vel animo vel corpore geris,
inspectorem Deum esse, in nulla omnino actione
peccabis Deumque contubernalem habebis.

Homo nulla re propius ad Dei similitudinem ac-
cedit, quam bene de aliis merendo. Illud tamen in
beneficiis dandis cavendum est, ne ea veluti quæ-
stui habeamus.

Deus nullius ope eget; sapiens autem Deo dunta-
taxat opus habet.

Deo dignum te istud demum reddet, si nihil ipso
indignum committas.

(68*) Corr. κατορθουμένην. EDII. PATROL.
(69) Sic. Al. deest καί.

A μετέωρον ταῖς κεναῖς ἐλπίσι ποιήσας, ἀφίσταται κα-
ταλιπὼν, ἢ τῷ τῆς ὑπερηφανίας δαίμονι πειράζειν
αὐτὸν, ἢ τῷ τῆς λύπης ὄστις ἐπάγει καὶ λογισμοὺς
αὐτῷ, ταῖς ἐλπίσιν ἐναντιουμένους. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ
τῷ τῆς πορνείας δαίμονι παραδίδωσι τὸν πρὸ ὀλίγου
αἰδέσιμον καὶ ἅγιον ἱερέα.

Θ'. Ὁ τῆς ὑπερηφανίας δαίμων, χαλεπωτάτης πτώ-
σεως τῆ ψυχῆ πρόξενος γίνεται. Ἀναπέθει γὰρ αὐτὴν,
θεὸν μὲν μὴ ὁμολογεῖν βοηθὸν, εαυτὴν δὲ τὴν κατορ-
θούμενον (68*) εἶναι καὶ (69) νομίζειν, καὶ φουσιῶσθαι
κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὡς ἀνοήτων, διότι μὴ τοῦτο περὶ
αὐτῆς πάντες ἐπίστανται. Παρακολουθεῖ δὲ ταύτῃ
ὄργη καὶ λύπη, καὶ τὸ τελευταῖον κακὸν (70), ἔκστασις
φρενῶν, καὶ μανία, καὶ δαιμόνιον ἐν τῷ ἀέρι πλῆθος
B ὁρώμενον.

Deum tum denique præclarissime colueris, cum
mentem per virtutem ad ipsius similitudinem ex-
presseris. Sola enim eam animam ad id quod ipsi
cognatum est trahit.

Homines tum demum meliores efficiuntur, cum
ad Deum appropinquant.

Sapiens homo, Deo cultum ac venerationem ad-
hibens, ab eo cognoscitur. Ac proinde nihil sua
referre putat etiam si ab omnibus ignoretur. Pru-
dentia munus in hoc consistit, ut eam animi par-
tem in qua iracundia exsistit, ad internum prælium
conserendum incitet. Sapientia autem, ut rationem
ad exactam perpetuamque vigilantiam impellat. Ju-
stitia vero, ut partem eam in qua libido sita est,
tum ad virtutem, tum ad Deum dirigat. Fortitudi-
nis denique, ut quinque sensus gubernet atque co-
hibeat, ne per eos, vel internus noster homo, hoc
est animus, vel externus, hoc est corpus, spurcitiem
ullam contrahat.

Anima est viva, simplex, corpore vacans, atque
ab oculorum sensu remota substantia, immortalis
item, et ratione ac mente prædita. Quemadmodum
enim oculus in corpore, sic mens in anima domi-
nabitur.

Quæ sub cælo sunt ac ratione utuntur, partim
pugnant, partim propugnant, partim oppugnant:
pugnant enim homines, propugnant angeli Dei, op-
pugnant impuri homines. Quamobrem nec propu-
gnantium penuria, nec oppugnantium viribus, sed
pugnantium socordia sit, ut rerum divinarum atque
ipsius Dei cognitio in nobis non remaneat.

Quod proprie malum est, substantia non est, sed
boni privatio: quemadmodum etiam caligo nihil
aliud est, quam lucis absentia.

Parum cauta ac provida est simplicitas; minime
que malum suspicatur, qui a malo liber et immu-
nis est.

Sane ratiocinationis omnis expers est improbitas,
neque ulla est ratio, qua flagitiosos homines ad me-
liorem mentem quisquam reducat.

(70) Al. κακῶν.

from place to
to dent.
from dent to
in some way
notes.
to some purpose.

anima.

Deus malorum nullo modo est auctor, utpote natura bonus. A tua ad mirifica Dei opera perpetuo tanquam porrecta manu ducatur.

Animæ puræ ac divinæ ad deprehendendum diabolum mire perspicaces sunt, quantumvis alioquin callidus inprimis, atque ad impetendum versutus sit.

Nulla omnino re Deus perinde conciliatur, ut corporea afflictatione.

Sagax atque ingeniosus est, quisquis premitur.

Ait quidam sanctorum Patrum, quod qui duram et asperam monachorum vitam suscipere nequeunt, alia ratione salutem consequi possunt. Quandoquidem si Dei ope freti firmissimam erga monachos fidem habeant, eosque cohortentur atque consolentur, omniaque quæ opus sunt, ipsis subministrent, salutis suæ optime consuluerint.

Noctem insomnem in opere transige, ut mox in anima tua consolationem invenias.

In lectione tranquillo animo persta : quo mens

Diurni somni, corporis molestiam, vel animæ anxietatem, vel inertiam, vel imperitiam indicant.

Quævis anima per spiritus gratiam ac propriam industriam et diligentiam hæc inter se copulare atque connectere potest : nimirum sermonem cum mente, actionem cum contemplatione, virtutem cum doctrina, et fidem cum cognitione ab omni oblivione libera : et quidem ita, ut nullum ex iis altero vel minus vel majus sit, sed omnis tum excessus, tum defectus circumcidatur, atque ipsa, ut brevi perstringam, unitatem suam vere decuplet. Nam tum ipsa Deo vero et bono et duntaxat uni copulabitur.

Octo sunt cogitationes, ex quibus vitium oritur : B iis nempe qui solitariam vitam consecantur, cogitatio acediæ, inanis gloriæ, superbiæ, avaritiæ, tristitiæ ; iis autem qui sub aliorum imperio degunt, gulæ, iræ et fornicationis.

EVAGRII MONACHI

SENTENTIÆ

Ad eos qui in cœnobiis et xenodochiis habitant fratres.

Hæredes Dei, audite sermones Dei, cohæredes autem Christi, percipite eloquia Christi, ut detis ea cordibus filiorum vestrorum ; verba autem sapientum doceatis eos. Pater bonus erudit filios suos ; pater autem nequam disperdet eos. Fides, initium charitatis ; finis autem dilectionis, scientia Dei. Timor Domini custodiet (71) animam ; continentia autem bona confortat illam. Sufferentia viri generat spem ; spes autem bona glorificabit eum. Qui servituti subjicit carnes suas, impassibilis erit ; qui autem nutrit eas, dolebit super illas. Spiritus fornicationis in corporibus intemperantium ; spiritus autem pudicitiae in animis abstinentium. Secessio cum charitate purificat cor : separatio autem cum odio conturbat illud. Melior millesimus in charitate, quam solus cum odio in abditis et speluncis. Qui alligat memoriam malitiæ in animam suam, similis est ei qui abscondit ignem in paleis. Ne dederis escas multas corpori tuo, et non videbis in somnis phantasias malas ; sicut enim exstinguit flammam aqua ; sic phantasmata turpia exstinguit esuries. Vir iracundus terrebitur ; mansuetus autem intrepidus erit. Ventus validus fugat nubes ; memoria autem malitiæ sensum a scientia. Qui orat pro inimicis, hic immemor est malitiæ ; qui autem parcat linguæ, non contristabit proximum suum. Si exacerbaverit te frater tuus, induc eum in do-

C mum tuam, et ad ipsum ne pigeat te introire, sed manduca cum eo panem tuum ; hoc enim faciens, eripies animam tuam, et non erit tibi offendiculum in tempore orationis. Sicut charitas gaudet paupertate, sic odium delectatur divitiis. Non potietur dives scientia, et camelus non introibit in foramen acus ; sed nihil horum impossibile est apud Dominum. Qui diligit pecuniam, non videbit scientiam ; et qui congregat illam, contenebrabitur. In tabernaculis humilium commorabitur Dominus ; in domibus autem superbiorum multiplicabitur maledictum. Inhonorat Deum qui transgreditur legem ejus ; qui autem custodit eam, glorificat factorem suum. Si æmularis Christum, beatus efficieris ; morte autem ejus morietur anima tua, et non contrahes D a carne tua malitiam, sed erit processus tuus sicut ortus stellæ, et resurrectio tua, tanquam sol fulgebit. Væ iniquo in die mortis, et injustus peribit in tempore malo. Quemadmodum enim evolavit corvus e nido suo, sic immunda anima e corpore suo. Animas justorum deducunt angeli, animas autem malorum suscipient dæmones.

Quocunque ingressa fuerit malitia, ibi et ignorantia ; corda autem justorum implebuntur scientia. Inmisericors monachus inops erit ; enutrens autem pauperes hæreditabit thesauros. Melior est paupertas cum scientia, quam divitiæ cum ignoran-

(71) Forte custodit.

*integro
q. An
naturæ*

*in ista
Christi*

monachus

Ornamentum capitis corona; ornamentum autem cordis scientia Dei. Posside scientiam, et non argentum; et sapientiam super divitias multas. Iusti hereditabunt Dominum; sancti autem nutriuntur ab eo. Qui miseretur pauperibus, exterminat iram; et qui nutrit eos, implebitur bonis. In corde mansueto requiescit sapientia; sedes autem impassibilitatis, anima bene operans. Fabricatores malorum percipient mercedem malam; fabricatoribus autem bonorum dabitur merces bona. Qui ponit laqueum, comprehenditur in eo; et qui occultat illum, dispiciet ab eo. Melior est sæcularis mansuetus, quam monachus furiosus et iracundus. Scientiam disperdit iracundia; longanimis autem congregat eam. Sicut ventus auster vehemens est in pelagus, sic furor in corde viri. Qui orat frequenter effugiet tentationes; negligentis autem cor conturbabunt cogitationes. Non te delectet vinum et te non illiciat caro. Ne enutrias carnes corporis tui, et cogitationes turpes deficient a te. Ne dicas: Hodie festus dies, et bibamus vinum; et crastino Pentecoste, et manducabo carnem: eo quod non est festivitas apud monachos in terra ad replendum ventrem suum. Pascha Christi transitus a malitia est; Pentecoste autem ejus, resurrectio animæ. Pentecoste Domini, suscitatio charitatis; qui autem odit fratrem suum, cadit in ruina magna. Festivitas Dei oblivio malorum; retinentem autem malitiam apprehendit luctus. Festivitas Dei scientia vera; qui autem intendit falsæ scientiæ, morietur turpiter. Melius est jejunium cum mundo corde, quam epulatio in immunditia animæ. Qui disperdit cogitationes malas de corde suo, similis est ei qui allidit parvulos ad petram.

Monachus somniculosus incidit in mala; qui autem vigilat, sicut passer volabit. Ne dederis te in vigiliis narrationibus supervacuis, et non abjicias sermones spirituales, quoniam Dominus inspicit cor tuum, et non te statuit innocentem ab omni malo. Somnus multus incrasat cor; vigiliæ autem bonæ acuum mentem. Somnus multus superducit tentationes; qui autem vigilat, effugit eas. Sicut ignis liquefacit ceram, sic vigiliæ bonæ cogitationes malas. Melior est vir dormiens, quam monachus vigilans in sermonibus vanis. Somnium angelorum letificat cor; somnium autem dæmonum conturbat illud. Pœnitentia et humilitas erexerunt animam; eleemosyna autem et mansuetudo confirmaverunt eam. Memento semper patris tui, nec obliviscaris iudicium æternum, et non erit delictum in anima tua. Si spiritus accidiæ ascenderit super te, ne relinquant domum tuam, et non declines in tempore tristitiæ: sicut enim quis confricat argentum, sic splendidum fiet cor tuum, si perseveraveris. Spiritus tædii abigit lacrymas; spiritus autem tristitiæ contribulat orationem. Cupiens divitias sollicitus eris multum; et amplectens illas lugebis amarissime. Non remoretur scorpius in sinu tuo; sic nec cogitatio mala in corde tuo. Occidere gemina serpentes ne parcas, et

A non parturiet cogitationes eorum. Sicut enim aurum et argentum probat ignis, sic cor monachi tentatio. Aufer a te superbiam et vanam gloriam, et jactantiam longe facito a te. Qui enim expetita privati gloria contristabitur; qui vero adeptus est, fiet superbus. Ne dederis superbiam cordi tuo, et ne dixeris in conspectu Domini: Potens sum; ut non Dominus derelinquat animam tuam, et maligni dæmones humilient illam. Tunc enim de aere conturbabunt te inimici, noctes autem terribiles suscipient te.

Conversationem monachi custodit scientia; qui autem ab ea discedit, incidit in latrones. De petra spiritali manat fluvius; anima autem bene agens bibit ex eo. Vas electionis anima munda; immunda autem replebitur amaritudine. Absque lacte non nutrietur infans; et sine impassibilitate non exaltabitur cor. Charitatem antecedit impassibilitas; scientiam autem præcedit dilectio. Scientiæ adiciuntur sapientia; impassibilitatem vero generat prudentia. Timor Domini generat sapientiam; fides autem Christi donat timorem Dei. Sagitta candens incendit animam; vir autem operator boni extinguit eam. Clamorem et blasphemiam aversatur scientia, sermones autem dolosos fugit sapientia. Suave est mel, et dulcis favus; scientia autem Dei dulcior ambobus. Audi, monache, sermones patris tui, et ne irritas facias eruditiones ejus. Cum miserit te, obaudi ei, et quantum ad mentem comitere cum eo: hoc enim modo effugies cogitationes malas, et maligni dæmones non prævalebunt adversum te. Si crediderit tibi pecuniam, non dispergas illam; et si superoperatus fueris, non detineas apud te. Malus dispensator contribulabit animas fratrum; et memor malitiæ non miserebitur eorum. Qui disperdit substantiam monasterii, fraudat Deum; et qui negligit eam, non erit impunitus. Iniquus dispensator distribuit male; justus autem ut dignum est dispensabit. Qui male loquitur de fratre suo exterminabitur; negligens autem egenum non videbit lumen. Melior est sæcularis in infirmitate serviens fratri, quam anachoretas qui non miseretur proximo suo. Insuper monachus negligit instrumenta artis suæ; sapiens autem curam habebit illorum. Ne dixeris: Hodie maneo, et cras exhibo, quia non in sapientia cogitasti de hoc ipso. Circuitor monachus meditabitur sermones falsos; proprium autem ludificabitur patrem. Qui exornat vestimenta sua, et implet ventrem suum, hæc pascit cogitationes turpes, et cum sanctis concilium non habebit. Si introveris in vicum, non proximaveris mulieribus, et non moratus fueris sermocinari cum eis: quemadmodum enim si quis glutiat hamum, sic abstrahetur anima tua. Longanimus monachus impassibilitate gaudebit; qui autem exacerbat fratres suos, odibilis erit. Mansuetum monachum diligit Dominus; turbulentum autem repellit a se. Piger monachus murmurabit; et somniculosus dolorem capitis fingit. Si contristatus fuerit frater tuus,

John.

T. St. Bee.

patericia.

y. Rube. n. Sen.

y. Rube.

clausura
quod dicitur
quod dicitur

consolare illum; et si dolet, condole illi: hoc enim faciens lætificabis cor ejus, et thesaurum magnum tibi cumulabis in cœlis. Monachus, qui dissimulat custodire sermones patris, maledicet canis patris sui, et derogabit vitæ filiorum ejus; Dominus autem annullabit eum. Qui occasionem quærit, separabit se a fratribus; patrem autem suum incusabit. Ne dederis auditum tuum sermonibus qui sunt contra patrem tuum, et non suscites animam inhonorantis illum, ut non Dominus irascatur in operibus tuis, et deleat nomen tuum de libro vivorum.

ut dicitur

Qui obedit patri monasterii, diligit semetipsum: qui autem contradicit ei, incidet in mala. Beatus monachus, qui custodit præcepta Domini; et sanctus, qui servat sermones patrum suorum. Piger monachus multa detrimenta patietur; si autem persistiterit in audacia, et habitum suum adjiciet perdere. Qui custodit linguam suam dirigit vias suas; et qui servat cor suum implebitur scientia. Monachus bilinguis turbat fratres; fidelis autem agit quiete. Qui confidit in sua continentia, hic cadet; qui autem humiliat se ipsum, exaltabitur. Ne dederis te saturitati ventris, et non implearis somno nocturno: hoc enim modo efficieris mundus, et spiritus Domini superveniet in te. Psallentis viri conquiescet indignatio; et qui longanimis est, interritus erit. Ex mansuetudine generatur scientia; ex ferocia autem inscitia. Sicut aqua dat incrementum plantationi, sic humilitatio iracundiæ exaltat cor. Qui investigat convivia, extinguetur lumen ejus; anima autem ejus videbit tenebras. Pondera in statera panem tuum, et bibe ad mensuram aquam tuam; et spiritus fornicationis fugiet abs te. Da senibus vinum, et ægrotantibus offer escas, eo quod contriverunt carnes juventutis suæ. Non supplantas fratrem tuum, et in ruina ejus ne congratuleris; Dominus enim cognoscit cor tuum, et tradet te in die mortis. Monachus prudens impassibilis erit; imprudens autem exhauriet mala. Oculum nequam excæcabit Dominus; simplicem autem eripiet a tenebris. Sicut lucifer in cœlo, et sicut palma in paradiso; sic in anima mansueta sensus purus. Vir sapiens scrutabitur sermones Dei; insipiens autem irridebit eos. Qui odit scientiam Dei et rejicit considerationem, similis est ei qui lancea pungit cor suum. Melior est scientia Trinitatis super scientiam incorporalium, et consideratio ejus super rationes omnium sæculorum. Cani senum mansuetudo; vita autem illorum scientia vera. Juvenis mansuetus multa suffert; pusillanimum autem senem quis sustinebit? Vidi iracundum senem elatum ultra tempus suum: spem tamen non habuit junior, quam ille. Qui scandalizat sæculares, non erit impunitus; et qui exacerbatur eos, inhonorabit nomen suum. Conturbantem Ecclesiam Domini exterminabit ignis; resistentem autem sacerdoti deglutiet

A terra. Qui amat pacem, manducabit favum ejus; et qui colligit eam, implebitur melle.

Thom

Honora Dominum, et cognosces incorporalia, et servi illi, et ostendet tibi rationes sæculorum. Citra scientiam non exaltabitur cor, et arbor non florebit sine humore. Carnes Christi actuum virtutes; qui autem manducat eas, efficitur impassibilis. Sanguis Christi consideratio factorum; et qui bibit illum, illuminabitur ab eo. Pectus Domini scientia Dei; qui autem recubuerit super illud, prædicator erit divinatorum. Plenus scientia, et actor honorum obviaverunt sibi; medius autem inter utrumque stetit Dominus. Qui acquisivit dilectionem, acquisivit thesaurum; accepit autem a Domino gratiam magnam. Consilia dæmonum cognoscit sapientia; astutiam autem illorum investigavit prudentia. Non spernas decreta sancta, quæ posuerunt patres tui; fidem autem baptismi tui non derelinquas, et non repellas signaculum spiritale; ut adsit Dominus animæ tuæ, et protegat te in die malo. Sermones hæreticorum nuntii mortis; qui autem suscipit illos, perdet animam suam. Nunc ergo, fili, audi me, et non accedas ad ostia virorum iniquorum, neque ambules super laqueos eorum, ut non capiaris. Separa animam tuam a scientia falsa: etenim ego sæpe locutus sum ad eos; tenebrosos autem sermones eorum investigavi, et venenum aspidum inveni in eis. Non est prudentia, et non est sapientia in visis eorum. Omnes qui suscipiunt eos peribunt, et qui diligunt eos implebuntur malis. Vidi ego patres dogmatum illorum, et in desertis commisi cum illis. Inimici enim Domini obviaverunt mihi, et dæmones in verbis concertaverunt adversum me, et non vidi lumen verum in sermonibus eorum. Vir mendax excidet a Deo; seducens autem proximum, incidet in mala. Melior est paradisi Dei super hortum olusculorum, et fluvius Domini super fluvium magnum contenebrantem terram. Fidelior aqua cœlestis super aquam Ægyptiorum sapientium, haurientium de terra. Sicut enim qui rotas ascendunt, deorsum descendunt; sic qui exaltant verba sua, humiliantur. Sapientia Domini exaltat cor; intellectus autem ejus purificat illud. Rationes providentiæ obscuræ; et vix intelligibiles considerationes judicii; vir autem bene agens cognoscit eas. Qui purificat se, conspiciet naturas intelligibiles; rationes autem incorporalium cognoscet monachus mitis. Qui creaturam dicit Trinitatem, blasphematur Deum; et qui spernit Christum ejus, non cognoscit eum. Considerationes creaturarum dilatant cor; verba autem prudentiæ et judicii exaltant illud. Scientia incorporalium elevat sensum, et sanctæ Trinitati applicabit eum. Mementote ejus, qui dedit vobis in Domino proverbialia luculenta, et non obliviscimini animam ejus humilem in tempore orationis.

Thom

EJUSDEM EVAGRII MONACHI SENTENTIÆ AD VIRGINES.

Dilige Dominum, et amabit te; et servi illi, et illuminabit cor tuum. Honora matrem tuam sicut matrem Christi, et ne exasperes canitiem ejus quæ peperit te. Dilige sorores tuas sicut filias matris tuæ; et non derelinquas viam pacis. Exoriens sol videat codicem in manibus tuis, et post secundam horam opus tuum. Ora sine intermissione, et memento Christi, qui genuit te. Conventus virorum evita, ut non fiat idolum in anima tua, et erit tibi offendiculum in tempore orationis. Christum habes dilectum, projice abs te viros omnes, et non vives exprobrabilem vitam. Animositatem et iram longe facito a te; et memoria malitiæ non demoretur apud te. Ne dicas: Hodie comedo, et crastino non comedam: quoniam non in sapientia facis hoc. Erit enim noxa corpori tuo, et dolor stomacho tuo. Edere carnem non bonum, et bibere vinum non optimum; offerre autem oportet te ista infirmantibus. Virgo turbulenta non salvabitur; et quæ in deliciis agit, non videbit sponsum suum. Ne dicas: Contristavit me famula, retribuam ei; propterea quod non est servitus in filiabus Dei. Non des auditum tuum verbis vanis, et narrationes vetularum fuge circumeuntium. Ferias ebriosarum ne videas, et in nuptias alieni non abieris; immunda enim apud Dominum omnis virgo faciens hæc. Aperi os tuum verbo Dei; et cohibe a multiloquio linguam tuam. Coram Deo humilia te ipsam; exaltabit te dextera ejus. Ne avertaris a paupere in tempore tribulationis, et non deficiet oleum lampadæ tuæ. Omnia fac propter Dominum, et noli quærere ab hominibus gloriam, quoniam gloria hominis sicut flos feni, gloria autem Domini manet in æternum. Virginem mansuetam diligit Dominus; virgo autem iracunda odibilis est. Obaudiens virgo misericordiam subsequetur; contradicens autem, valde insipiens. Murmurosam virginem disperdit Dominus; gratiam autem liberat a morte. Turpis risus, et exprobrabilis impudicitia; omnis autem insipiens talibus implicabitur. Quæ exornat vestes suas etiam pudicitia excidet. Non commoreris sæcularibus, ut non avertant tuum cor, et irrita faciant consilia justa. Lacrymis in nocte roga Dominum, et nemo sentiat orantem te, et invenies gratiam. Concupiscentia deambulationum, et desiderium alienarum domuum avertit statum animæ, et corrumpit promptam voluntatem ejus. Fidelis virgo non formidabit; quæ autem infidelis est, fugiet etiam umbram suam. Invidia consumit animam, et livor devorat eam. Quæ contemnit sororem infirmam, et a Christo longe erit. Ne dicas: Meum hoc, et tuum illud; in Christo enim Jesu omnia communia. Non inquiras vitam alterius, et ruinæ sororis tuæ non congaudeas. Subministra autem indigentibus vir-

ginibus; et in nobilitate tua ne extollaris. Non proferas verbum de ore tuo in Ecclesia Domini; et ne extollas oculos tuos: etenim Dominus cognoscit tuum cor, et omnes cogitationes tuas inspicit. Omnem malam concupiscentiam repelle a te; et non contristabunt te inimici tui. Psalle de corde tuo, et non moveas tantum linguam tuam. Fatua virgo diliget argentum; prudens autem apponet et panem suum. Sicut impetus ignis difficile compescitur; sic anima virginis vulnerata vix sanabilis.

Ne dederis animam tuam cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, et mundam orationem longe faciant a te. Gravis tristitia, et intolerabilis acedia; lacrymæ ad Dominum validiores utrorumque. Fames et sitis marcescere facit concupiscentias malas; vigilia autem bona purificat sensum. Iram et animositatem avertit dilectio; memoriam autem malitiæ confundunt munera. Qui detrahit sorori suæ occulte, deforis stabit a thalamo sponsi, et clamabit ad januas ejus, et non erit qui exaudiat eam. Virginis immisericordis exstinguetur lampada, et non videbit advenientem sponsum suum. Vitrum cadens a saxo comminuetur; et virgo adjuncta viro non erit innocens. Melior mulier mansueta virgine animosa et iracunda. Quæ attrahit in risu sermones viri, similis est circummittenti laqueum collo suæ. Sicut margarita in fundibulo aureo; sic virginitas cooperta reverentia. Cantica dæmonum et tibiæ resolvunt animam, et disperdunt fortitudinem ejus: quam custodi per omnia, ut non exprobrabilis fias. Non delecteris in risu, et vituperantibus non læteris, quoniam Dominus derelinquet eas. Non exprobrabis sororem tuam edentem, et in abstinentia tua non exalteris; non enim scis quid cogitavit Dominus, aut quis stabit in conspectu ejus. Quæ misereatur viventibus oculis suis, et tabescentibus carnibus suis, non lætabitur super impassibilitate animæ. Gravis abstinentia, et vix dirigibilis castitas; sed nihil dulcius cœlesti sponso. Animæ virginum illud minabuntur; animæ autem immundarum videbunt tenebras. Yidi viros corruptentes virgines in doctrinis suis, et vanam facientes virginitatem earum. Tu autem audi, filia, doctrinas Ecclesiæ Dei, et nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundavit cœlum et terram, et providit omnibus, et lætatur in eis; et non est angelus non capax malitiæ, et non est dæmon natura malus: utrumque enim liberi arbitrii fecit Deus. Sicut homo ex corpore corruptibili et anima subsistit rationabili; sic enim et Dominus noster natus est sine peccato, manducans manducavit, et crucifixus, crucifixus est; non erat visio ficta in oculis hominum. Erit mortuorum resurrectio, et mundus transibit iste: et nos spiritualia accipiemus corpora. Justi hæreditabunt lumen; impii autem

obscuro.
charity
hinc ubi est

stability

charity
purity

charity

hinc
voluntate

inhabitabunt tenebras. Virginis oculi Deum videbunt; aures autem virginis audient verba ejus. Virginis os osculabitur sponsum suum; odoratus autem virginum in odore unguentorum ejus curret. Manus virginis palpabunt Dominum; et castitas carnis acceptabilis illi erit. Virgo anima coronabitur, et cum sponso suo vivet semper. Vestimentum spiri-

A tale dabitur ei, et cum angelis in caelis ferriabitur. Inextinguibilem accendit lampadem, et oleum non deficiet in vasis ejus. Accipiet divitias aeternas. et haereditabit regnum Dei. Mei sermones, filia, dicti sunt ad te; verba autem haec servet cor tuum. Memento Christi custodientis te, nec obliviscaris adorandam et unius substantiae Trinitatem.

ΕΥΑΓΓΡΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΠΙΠΙ.

EVAGRII IN ΠΙΠΙ.

Vide Patrologiae Latinae t. XXIII, Opp. Hieron. t. III, Append. col. 1271.

FRAGMENTUM EX EVAGRII LIBRO DEPERDITO

GNOSTICUS INSCRIPTO.

(Apud Socrat. Hist. Eccles. lib. iv, cap. 23, p. edit. Vales. 194.)

Τέσσαρας ἀρετάς, καὶ πάς θεωρίας αὐτῶν, παρὰ Β τοῦ δικαίου Γρηγορίου μεμαθήκαμεν εἶναι· φρόνησιν καὶ ἀνδρείαν, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην· καὶ φρονήσεως μὲν ἔργον ἔλεγεν εἶναι, τὸ θεωρεῖν τὰς νοεράς καὶ ἀγίας δυνάμεις, διχα τῶν λόγων· τούτους γὰρ ὑπὸ τῆς σοφίας δηλοῦσθαι παραδέδωκεν. Ἀνδρείας δὲ, τὸ ἐγκαρτερεῖν τοῖς ἀληθέσι καὶ πολέμουμενον, καὶ μὴ ἐμπατεῦσιν εἰς τὰ μὴ ὄντα· τὸ δὲ παρὰ τοῦ πρώτου γεωργοῦ δέχεσθαι σπέρματα, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐπισπορέα, τῆς σωφροσύνης ἴδιον ἀπεκρίνατο εἶναι. Δικαιοσύνης δὲ πάλιν, τὸ κατ' ἀξίαν ἐκάστου λόγον ἀποδιδόναι, τὰ μὲν σκοτεινῶς ἀπαγγέλλουσαν, τὰ δὲ δι' αἰνιγμάτων σημαίνουσαν, τινὰ δὲ καὶ φανεροῦσαν πρὸς ὠφέλιαν τῶν ἀπλουστέρων.

Quatuor virtutes earumque contemplationes esse, a justo Gregorio didicimus: prudentiam et fortitudinem, temperantiam atque justitiam. Ac prudentiae quidem proprium esse dicebat, sanctas illas et intellectuales potestates contemplari sine ullis rationibus. Has enim a sapientia manifestari docuit. Fortitudinis autem proprium esse affirmabat, perstare in veris, tametsi quis graviter oppugnetur, nec unquam ad ea quae non sunt deflectere. Jam vero temperantiae id proprium esse respondit, ut a primo summoque agricola sementem accipiamus, eum vero qui superserere vult, repellamus. Justitiae denique opus illud assignabat, pro cujusque merito ac dignitate sermonem rebus attemperare; et alia quidem obscure enuntiare alia, per aenigmatum figuras significare, alia vero manifeste exponere ad utilitatem audientium.

FRAGMENTA EX EJUSDEM OPERE DEPERDITO

Cui titulus: *Gnostica problemata* 600.

Exhibent S. Maximi confessoris scholia in Dionys. Areopagit. *De caelesti hierarchia*, c. 7, et *De eccles. hierarchia*, c. 6.

(Opp. Dionys. Areop. Antverp. 1654, t. 1, p. 94 et 596, hujusce *Patrologiae* tom. III).

MACARII UTRISQUE

EGYPTII ET ALEXANDRINI

EPISTOLAS, SERMONES, REGULAM, PRECES,

Vide hujusce *Patrologiae* tom. XXXIV, ex editione Joannis Henrici Floss, Bonnensis.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

PHILO CARPASIUS EPISCOPUS.	
Præfatio.	9
ENARRATIO IN CANTICUM CANTICORUM.	27
S. ASTERIUS AMASENUS EPISCOPUS.	
Notitia historica et litteraria.	153
Præfatio Combefisii.	159
HOMILIAE.	
Homilia I. — De divite et Lazaro.	163
II. — De œconomio iniquitatis.	179
III. — Adversus avaritiam.	194
IV. — Adversus Kalendarum festum.	213
V. — In illud : <i>An liceat homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa?</i>	226
VI. — In Daniele et Susannam.	239
VII. — In cæcum a nativitate.	250
VIII. — In SS. Petrum et Paulum.	263
IX. — In S. Phocam martyrem.	299
X. — In SS. martyres.	314
XI. — In laudem S. Euphemisæ.	334
XII. — In laudem S. Stephani.	338
XIII. — Adhortatio ad pœnitentiam.	351
XIV. — In principium jejuniorum.	370
XV. — In psalmum V.	390
XVI. — In eundem psalmum.	403
XVII. — In eundem psalmum.	418
XVIII. — In eundem psalmum.	427
XIX. — In eundem psalmum.	434
XX. — In psalmum VI.	443
XXI. — In psalmum VII.	459
Appendix ad Asterium.	478
NEMESIUS EPISCOPUS EMESENUS.	
Notitia historica.	
Explicatio siglarum et notitia editionum, codicum, versionum ac reliquorum operum, quæ in hac editione adhibita sunt.	487
Præfatio editionis Antverpiensis.	491
Præfatio editoris Oxoniensis.	493
Fabricius de Nemesio.	501
De natura hominis.	503
CAPUT PRIMUM.	
CAP. II. — De anima.	535
CAP. III. — De junctione corporis et animæ.	591
CAP. IV. — De corpore.	607
CAP. V. — De elementis.	611
CAP. VI. — De phantasia.	631
CAP. VII. — De visu.	638
CAP. VIII. — De tactu.	650
CAP. IX. — De gustu.	635
CAP. X. — De auditu.	638
CAP. XI. — De odoratu.	638
CAP. XII. — De cogitatione.	639
CAP. XIII. — De memoria.	639
CAP. XIV. — De ratione et oratione.	666
CAP. XV. — Alia divisio animæ.	667
CAP. XVI. — De parte animæ ratione experte, quæ et patibilis et appetitio vocatur.	671
CAP. XVII. — De cupiditate.	675
CAP. XVIII. — De voluptatibus.	678
CAP. XIX. — De ægritudine.	687
CAP. XX. — De metu.	687
CAP. XXI. — De ira.	691
CAP. XXII. — De parte rationis experte, quæ rationi non obtemperat.	691
CAP. XXIII. — De nutriente animæ parte.	694
CAP. XXIV. — De pulsibus.	699
CAP. XXV. — De generandi aut seminandi facultate.	699
CAP. — XXVI. — Alia divisio facultatum, quæ animal administrant.	703
CAP. XXVII. — De motu, quem animalia per se aut per electionem suscipiunt, qui ad appetitum pertinet.	706
CAP. XXVIII. — De respiratione.	707
CAP. XXIX. — De eo quod sponte et invite fit.	718
CAP. XXX. — De eo quod invite fit.	710
CAP. XXXI. — De eo quod invite per ignorationem fit.	723
CAP. XXXII. — De eo quod sponte fit.	727
CAP. XXXIII. — De electione.	739
CAP. XXXIV. — De quibus rebus consultemur.	733
CAP. XXXV. — De fato.	742
CAP. XXXVI. — De fato, quod in astris ponitur.	746
CAP. XXXVII. — De his qui dicunt optionem rerum agendarum in nobis esse, exitum vero rerum optatarum in fati potestate.	750
CAP. XXXVIII. — Quomodo Plato fatum dicat.	754
CAP. XXXIX. — De libera voluntate, seu de iis, quæ in nostra sunt potestate.	762
CAP. XL. — Quæ sint illa, quæ in nostra sunt potestate.	766
CAP. XLI. — Quam ob causam libera voluntate procreata simus.	774
CAP. XLII. — De providentia.	779
CAP. XLIII. — Quid sit providentia.	791
CAP. XLIV. — Quarum rerum sit providentia.	794
Supplementa variarum lectionum.	818
Adnotationes editoris Oxoniensis.	820
Anonymi ad lectorem hendecasyllabe.	836
Index nominum propriorum et auctorum qui a Nemesio laudantur.	842
B. HIERONYMUS, THEOLOGUS GRÆCUS.	
Notitia historica.	846
Dialogus de S. Trinitate, inter Judæum et Christianum.	847
De effectu baptismi.	859
De cruce.	866
PATRES ÆGYPTII SÆCULI IV.	
S. ORSIESIUS, ABBAS TABENNENSIS.	
Notitia.	867
Doctrina de institutione monachorum.	870
S. SERAPION, THMUITANUS EPISCOPUS.	
Notitia.	895
Liber adversus Manichæos.	899
CAPUT PRIMUM. — Veritas errorem vincit.	899
CAP. II. — Varii gradus errorum.	902
CAP. III. — Manichæismus error deterrimus.	903
CAP. IV. — Quænam sit peccati natura.	905
CAP. V. — Substantia corporis et animæ non est mala.	903
CAP. VI. — Idque ex Scripturis probatur.	906
CAP. VII. — Manichæica sententia de corpore nugatoria et fatua.	906
CAP. VIII. — Idem argumentum persequitur auctor.	906
CAP. IX. — Corpus sequitur motus animæ.	907
CAP. X. — Manichæi male ratiocinantur de corpore.	907
CAP. XI. — Corpora sanctorum divinitus mirabilia operantur.	910
CAP. XII. — Manichæorum argumenta soluta.	910
CAP. XIII. — Ex filii prodigi pœnitentia.	910
CAP. XIV. — Ex Pauli apostoli conversione.	911
CAP. XV. — Apostoli primum peccatores.	911
CAP. XVI. — Substantia eadem ante et post conversionem.	914
CAP. XVII. — Modo dicta confirmantur.	914
CAP. XVIII. — Idem argumentum rursus asruitur.	914
CAP. XIX. — Mutatis moribus, anima non mutatur.	915
CAP. XX. — Confirmatur eadem doctrina.	915
CAP. XXI. — An duplex anima sit in homine.	918

Cap. XXII. — Demas, Giezi et Judas proditor, in exemplum propositi.	918	Epist. XIV. — De implenda obedientia, ut inhabitet in illis benedictio patrum suorum.	1029
Cap. XXIII. — Petri lapsus et pœnitentia.	918	Epist. XV.	1030
Cap. XXIV. — Revelanda sanctorum peccata.	919	Epist. XVI.	1032
Cap. XXV. — Nemo perfectionem attingit.	922	Epist. XVII.	1039
Cap. XXVI. — De sanctorum excellentia.	922	Epist. XVIII.	1047
Cap. XXVII. — Artes pseudo-prophetarum.	625	Epist. XIX. — Filiis suis monachis.	1051
Monitum in epistolam ad Eudoxium.	925	Epist. XX. — Filio suo Bebnudo.	1053
Epistola S. Serapionis ad Eudoxium episcopum.	925	Ex epistola Ammonis episcopi.	1065
Monitum in epistolam ad monachos.	926	Regulæ ac præcepta ad filios suos monachos.	1066
Epistola ad monachos Alexandrinos.	926	Spiritualia documenta.	1074
S. PACHOMIUS TABENNENSIS ABBAS.		Admonitiones et documenta varia.	1079
Notitia.	942	Expositio quarundam sententiarum.	1083
Vita S. Pachonii, abbatis Tabennensis (memoratur tantum).	946	Interrogationes quædam et ad easdem responsiones.	1094
Regula et præcepta ejusdem (tantum memorantur).	946	Dicta quædam ejusdem.	1097
Alia ejusdem præcepta.	947	Epistola S. Theodori abbatis ad monasteria de Pascha.	1102
S. ANTONIUS MAGNUS ABBAS		Regula ad monachos (quæ tantum memoratur).	1102
Notitia.	954	Alia Patrum ad monachos regula (memoratur).	1103
Vita S. Antonii abbatis.	958	Regula alia Patrum Orientalium (memoratur).	1102
Vita ejusdem quæ tantum memoratur.	962	S. ISAÏAS ABRAS.	
Oratio ad monachos (memoratur tantum).	962	Notitia.	1103
Sermo de vanitate mundi et de resurrectione mortuorum.	952	ORATIONES.	1103
Sermones XX ad filios suos monachos.	962	Oratio I. — Præcepta ad fratres qui cum ipso vivebant.	1103
Epistolæ VII, ex Græco Latine redditæ, interprete Valerio de Sarasio.	977	II. — De mente secundum naturam.	1107
Epistola prima. — Ad fratres suos.	977	III. — Ad fratres juniores institutio.	1108
Epist. II. — Ad Arsinoitas.	981	IV. — Quid in itinere observandum.	1112
Epist. III. — Ad fratres suos.	988	V. — Quæ observanda sunt iis qui simul in pace habitare cupiunt.	1121
Epist. IV. — Ad eosdem.	992	VI. — Qui honestam quietem amplecti volunt, eos esse curiosos non oportere, neque ommissa peccatorum suorum consideratione, tempus in rebus inutilibus consumere.	1125
Epist. V. — Ad fratres Israelitas.	994	VII. — De virtutibus.	1126
Epist. VI. — Ad fratres suos.	996	VIII. — Beati Isaïæ abbatis apophthegmata.	1129
Epist. VII. — Ad eosdem.	998	IX. — Ad eos qui mundo renuntiarunt.	1133
Epistolæ XX, nunc primum ex Arabico Latini juris factæ ab Abrahamo Ecchellensi, Maronita e Libano.	999	X. — Ejusdem argumenti.	1135
Epistola prima. — Quam dixit de exitu a sæculo ad monasticam vitam.	999	XI. — De grano sinapis.	1135
Epist. II. — Ad filios suos monachos de promulgatione legis, et de incarnatione Dei Verbi: eosque incitat ad implenda præcepta.	1004	XII. — De vino.	1136
Epist. III. — Ad filios suos monachos: quos incitat ad operandum auctoritatibus ex Evangelio et Apostolo.	1006	XIII. — Ad eos qui initiantur et tendunt ad perfectionem.	1137
Epist. IV. — Qua docet servitutem in lege virtutis, minime esse servitutem, sed filiationem libertatis.	1008	XIV. — Beati Isaïæ abbatis luctus et lamentatio.	1138
Epist. V. — Filiis suis monachis, incitans eos ad sanctos imitandos, eorumque gesta æmulanda.	1009	XV. — De mundi renuntiatione.	1141
Epist. VI. — Filiis suis monachis, nota eis faciens certamina dæmonum, et auxilia sanctorum virtutum: incitat eos præterea ad patientiam, et absolutionem illius ad quod egressi sunt.	1011	XVI. — Ejusdem argumenti.	1142
Epist. VII. Filiis suis monachis, in qua illis demonstrat, nostram salutem neque per angelum neque per hominem factam esse, sed per Deum Verbum incarnatum, Insuper eos incitat ad decertandum summo certamine, ut salutem consequantur.	1015	XVII. — De gaudio animæ Deo servientis.	1146
Epist. VIII. — Filiis suis monachis, incitans eos ad certandum, ut consequantur hic Spiritum sanctum igneum, et simul conveniant hic. Necnon in eorum revocat memoriam sua certamina, significans eis quæ est consecutus, ut his illos incitet. Oportet autem ut legatur die ejus obitus.	1019	XVIII. — De injuriarum oblivione.	1152
Epist. IX. — Filiis suis monachis: notam eis facit mensuram virtutis Dei in sanctis. Hortatur eos præterea ad illam consequendam, ut obtineant regnum sempiternum.	1021	XIX. — De morbis animi.	1158
Epist. X. — Filiis suis monachis: de vana gloria ejusque certaminibus. Præterea eos docet, qua ratione illis decertandum sit, ut ab illa eripiantur in pace Domini.	1023	XX. — De humilitate.	1158
Epist. XI. — De discretione, et ejus acquisitione.	1024	XXI. — De pœnitentia.	1158
Epist. XII. — De charitate. Cupit præterea eos videre, ut simul omnes consolatione participant.	1026	XXII. — De operibus hominis novi.	1166
Epist. XIII. — Incitat eos ad consequendum gaudium, quod consequuntur militantes.	1027	XXIII. — De perfectione.	1170
		XXIV. — De tranquillitate.	1174
		XXV. — Ejusdem ad Petrum abbatem discipulum suum.	1174
		XXVI. — Beati Isaïæ abbatis dicta, quæ Petrus abbas liberis commendavit.	1191
		XXVII. — In dictum illud: <i>Attende tibi.</i>	1194
		XXVIII. — De malitiæ ramis.	1197
		XXIX. — Ejusdem lamentationes.	1199
		Præcepta seu consilia LXVIII posita tironibus in monachatu.	1206
		Capitula de religiosa exercitatione et quiete.	1206
		Fragmenta.	1211
		EVAGRIUS PONTICUS SCITENSIS MONACHUS.	
		Notitia historica et litteraria.	1214
		Capita practica ad Anatolium.	1219
		Rerum monachalium rationes.	1231
		Capitula XXXIII, per gradus quosdam disposita consequentiæ.	1265
		Sententiæ spirituales.	1267
		De octo vitiosis cogitationibus.	1271
		Sententiæ ad fratres.	1278
		Evagrii in <i>æret.</i>	1286
		Fragmenta.	1286
		Memorantur tantum: Macarii utriusque, Ægyptii et Alexandrini, Epistolæ, sermones, etc.; S. Marcus eremita; S. Joannes Lycopolitanus.	1286
		Patrum Ægyptiorum Aualecta.	1287

283. Jan. 14/60